AVG. HVNNÆI.

DE SACRAMENTIS ECCLESIÆ AXIOMATA:

QVIBVS B. THOMÆ Aquinatis, totiusque Eccleſiæ Catholicæ, DE SACRAMENTIS doctrina, breuiter atq. dilucidè eſt cōprehenſa.

OPVS *nunc primum in lucem prodiens, & omnibus tam catechiſmi Catholici, quam ſacræ Theologiæ ſtudioſis, longè vtiliſsimum.*

Quæ præterea accedant verſa pagella indicabit.

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini.
M. D. LXX.

AD operis huius calcem adiunctum eſt Schema, vniuerſam tractatus B. Thomæ de Sacramentis materiam, eiuſque ordinem, partium connexionem, & queſtionum, quibus ſingulæ partes apud Thomam explicantur, numerum, ob oculos ponens.

Item

Alphabeticus omnium in eo B. Thomæ tractatu, & in his Axiomatibus explicatorum locorum communium, index.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI

Lindano Gertrudani Cœnobij apud Louanienſes abbati præſtantiſſimo, & viro, cùm generis nobilitate, tum virtutis & eruditionis laude clariſſimo Auguſtinus Hunnæus

S. P. D.

CVm ante annos decẽ in veſtro Gertrudano cœnobio, ampliſſime præſul, quartũ ſententiarum librũ, in quo de ſacramentis agitur, prælegerem, idemq; argumentum ex ſummæ B. Thomæ Aquinatis tertia parte diſputarem; inter alias cõmonitiones, frequenter meos diſcipulos ad locos communes theologicos ſibi comparandos (in quibus tanquam in commodis quibuſdam & benè digeſtis ſcriniolis, quicquid apud vllum ſcriptorem memorabile & ſcitu dignum reperiſſent, ita diſponere atque recondere poſſent, vt quocunq; in poſterum tẽpore eius vtendi ſeſe offerret occaſio, paratum haberent) cohortari ſolebã: Illud adiiciens, ſi vniuerſam Sum-

AVGVSTINI HVNNÆI DE SACRAMENTIS AXIOMATA;

Vniuerſam B. Thomæ Aquinatis in tertia ſuæ Summæ parte, de ſeptem Eccleſię Sacramentis doctrinam, in nonaginta nouem locos communes diſtributam, breuiter & dilucidè complectentia.

ADIECTIS,

In verſiculorum interuallis, ad Marginem, numeris, ſibi mutuò reſpondentibus, qui quoto cuiuſque queſtionis articulo, idem apud Thomam dicatur, oſtendunt.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

De Sacramentis in genere hæc apud Thomã, & in ſequentibus axiomatibus explicantur.

- *Sacramenti in genere natura & propria ratio.*
- *Sacramentorum,*
  - Neceſſitas.
  - Effectus.
    - *Primarius, qui eſt gratia, in omnibus Sacramentis.*
    - *Secundarius, qui eſt character, in tribus tantum Sacramentis.*
  - Cauſſa, ſeu, *auctor & miniſter.*
  - Numerus.

Axioma

SCHEMA AVGVSTINI HVNNÆI,

IN QVO NVMERVS, ORDO ET connexio earum quæſtionum, quibus à B. Thoma catholica de Sacramentis doctrina explicata eſt, ob oculos ponitur.

- **Sacramétorum tractatus apud B. Thomam Aquinaté eſt bipartitus.**
  - In priori eius parte agitur de Sacramentis generatim, videlicet de
    - Natura & propria ratione Sacramenti in genere, quæſtione 60.
    - Neceſſitate Sacramentorum. 61.
    - Effectibus Sacramentorũ
      - effectu primario, qui eſt gratia. 62.
      - effectu ſecũdario, qui eſt character. 63
    - Cauſſa Sacramentorum. 64.
    - Numero Sacramentorum. 65.
  - Baptiſmo; ad cuius explicationẽ
    - Prius de ipſo Baptiſmo iſta quatuor quæſtionum genera tractantur
      - de natura & propria ratione Baptiſmi. 66.
      - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter. 67.
      - de ſuſcipientibus baptiſmum. 68.
      - de effectu baptiſmi. 69.
    - Deinde binæ quæſtiones de iis quæ præparationem ad Baptiſmũ continẽt diſputantur
      - vna de Circumciſione. 70.
      - altera de catechiſmo & exorciſmo. 71.
  - Confirmatione, cuius explicatio vnica quæſtione in duodecim partes diſtributa abſoluitur. 72.
  - Euchariſtia, ad cuius explicationem iſta octo quæſtionũ genera pertractantur, videlicet de
    - ipſo Sacramento Euchariſtiæ. 73.
    - materia eius
      - ſpecie materiæ. 74.
      - tranſſubſtantiatione panis & vini in corpus & ſanguinẽ Chriſt. 75.
      - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento. 76.
      - accidẽtibus panis & vini. 77.
    - forma eiuſdem. 78.
    - effectibus. 79.
    - accipientibus Euchariſtiam. 80.
    - de modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtiæ Sacramento. 81.
    - idoneo Euchariſtiæ miniſtro. 82.
    - ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.